

**Dissertatione philologico-historica ... [malkut] sive, Ritum flagellandi apud
Judaeos ... / Sub praesidio ... Aegidii Strauchii ... Exponit ac proponit M.
Johannes Jacobus Seyppelius.**

Contributors

Seyppel, Johannes Jacobus
Strauch, Aegidius, 1632-1682

Publication/Creation

Wittenbergae : Typis M. Wendt, 1670.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/decrt2m3>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome
collection**

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

DISSERTATIONE PHILOLOGICO-HISTORICA

מלקור

Sive

RITUM

FLAGELLANDI

apud

JUDÆOS

B. C. D.

SUB PRÆSIDIO

VIRI

*PLURIMUM REVERENDI, AMPLISSIMI,
EXCELLENTISSIMI*

DN. ÆGIDII STRAUCHII,

SS. THEOL. D. ET VENERANDÆ FACULT.

THEOL. ASSESSORIS DEXTERRIMI, HISTOR.

P. PUBL. LONGE CELEBERRIMI,

DN. PRÆCEPTORIS, HOSPITIS, AC PATRONI SUI,

*MULTIS OBSERVANTIÆ NOMINIBUS ÆTER-
NUM COLENDI,*

exponit ac proponit

M. JOHANNES JACOBUS SEYPPELIUS,

NORIBERGENSIS.

AD D. MARTII

A. R. S. c1o 1oc LXVIII.

HORIS ANTEMERIDIANIS

IN AUDITORIO MAJORI.

EDITIO SECUNDA.

WITTENBERGÆ,

Typis MICHAELIS Wendt. Anno 1670.

(8) 00785





בהנו

Lagitium neutiquam censetur, tempori cedere. Semper potius sapientis est habitum, necessitati parere. Necessse enim est, servire eidem, & non amittere tempus, cum sit datum; fatente ac admonente ita ferè, & verè quidem, Oratore è Romanis eloquentissimo, Cicerone pagano, sive, si mavis, ethnico, in epistolis, tum ad familiares suos, tum suum ad Atticum, datis. Unde eò magis idem competet observandum Christianis in quovis negotio, quippe quas in primis Plinii Seniores sententiam secum probè expendere decet, perire omne tempus arbitrantis, quod studiis, utilibus intellige, (imò addere liceat: sacris, aut ad sacra accommodatis, minimùm inde depromptis) non impertiretur. Mecum certè sic ego rem reputavi a què ac repetii, ut, quas in illustri hâc Academiâ hæctenus consumseram, horas perdere planè noluerim: quin volui eas exercitio cuidam publicè exerendo impendere.

Quandoquidem verò, Hebræorum effato, כָּרָבֵר חָבִיב בְּזַמְנוֹ Omnis res, quæ fit in tempore, grata atque dilecta esse ducitur: duxi hinc, δὲ γὰρ ego κατὰ, hæud adeò fore inconcinnum, si in clamatam illam apud veteres præconis vocem mihi itidem velut acclamatam dicerem, quâ quasi admonerer, ut ante omnia hoc, quod tempus nunc flagitat, agere sustinerem. Egi itaq; hoc, & temporis potissimùm ratione habitâ, elegi materiam talem, qualem ferre videtur Christiana devotio, in eo jam tota, quò acerbissimam sed saluberrimam simul DOMINI nostri passionem, juxta singulas partes, partim meditetur, partim interpretetur. Cujus auspiciùm cum penè consistat in POENA FLAGELLANDI, JESU immerenti immeritò illatâ: constitui, sepositis paululum meditationibus aliis, hujus variè usitati ritus explicationem hæc vice paulò intimiùs indagare, eamq; pro ingenii viribus indagatam ulteriori eruditorum examini sistere. Quod quidem institutum ut undique cedat feliciter, velim adjuves conatum hunc Tuâ, ô flagellate pro nobis JESU, gratiâ: quâ non tam cupidissimè flagrans, quàm firmissime fretus, jamjam, absq; longiori ambage, Thematis mei aggredier Thefn.

Cicero l. 4. ad fam. ep. 9. l. 8. ad Attic. ep. 3.

Plin. Jun. de avunculo suo l. 3. ep. 5.

De hæc formula vid. Ph. Carol. Antiquitat. Rom. l. 1. c. 2. p. 4.

Flagellandi *ὀνομασία* paulisper ab initio ponderabimus, quò res ipsa, voce hâc contenta, meliùs postea possit perpendi, expendi accuratiùs. Vox ea, ut patet, *Gerundii* hîc formam nata, significationem & *activam* & *passivam* subindicat atq; involvit. Verbum verò, *flagellare*, nomini, *flagellum*, suam debet originem, *Flagellum* autem cùm *diminutivum* propriè sit, derivatur facilè à primitivo suo vel nomine, *flagrum*; vel etiam, si placet, verbo, *flagrare*, eò quòd corpus *flagellis* cæsum dolore cruciatuum quodammo- dò *flagret*, id est, ardeat. *Isidorus Hispalens. libr. Etymolog. s. c. 27.* putat, *flagra*, *plagas*, atq; *flagella* ita dici, quia cum *flatu* & strepitu sonant in corpore. Interim *promiscuè* à scriptoribus usurpata invenies duo hâc *flagri* & *flagelli* nomina, siquidem *utrumq;*, sive primum, sive ortum, sine discrimine pro *instrumento* eo, quo quis, vel aliquid, *caditur*, positum subinde legimus. Sensu itaque primario *flagellare* idem est, ac *flagris* vel *flagellis* *cadere*. Impropiè tamen & secundariò significat rem *duriozem* aut *cariozem* reddere, ut v. g. *annonam flagellare*. Interdum, at rariùs, pro *increpare* itidem, seu *castigare* in genere, sumitur. Sed hisce de significationibus plura apud *Lexicographos* videri poterunt.

II. Nos hîc loci acceptionem *potissimam* respicimus, puta nuncupatam ita *Flagellationem*: quâ ipsâ quidem voculâ, sat aliàs hodieque vulgari, lubentes in *Dissertationis* nostræ *frontispicio* fuisset usi, si modò vel apud unum *antiquorum* è probis autoribus Latinis copia ejus fuisset nobis concessa. Unde hâc, nec fortassis contemnendâ, ducimur conjeçturâ, tum demum *Flagellationis* vocem vim in pronunciando obtinuisse suam, postquam inter *Pontificios* stolidi isti homines exsuperstitioso quodam nimis religionis Zelo seipso *flagellare* cœpissent. Atq; sub illâ jamdum tempestate *Latinitatis* barbariem invaluisse, imò viguisse, quis est nostrum, qui ignorare queat vel debeat? saltem si impurum plerorumque *Scholasticorum* secum consideraverit stylum, dignum sæpiùs, qui si non *Prisciani* ipsius ferulâ, *Ciceroniano* ad minimum verberetur flagello.

III. A Latino, *Flagellum*, ortum est nomen in Græciâ per se peregrinum, *Φεγγέλλιον*; sicut & à verbo, *Flagellare*, *Φεγγέλλω*: quæ duo

Græcè

Græcè posita cum Latinis & pronunciatione & significatione non parùm coincidunt. Vox est utraq; in N. T. ab Evangelistis ipsis usurpata. Cæteris aliàs Græcis dicitur flagellare *μαστιγῶν, μαστίεν, & μασιζεν*. Iis enim *μασιζ* propriè flagellum, flagellationem *μαστιγῶν* denotat. Hebrais est illud *שׁוּשׁ*, à *שׁוּשׁ*, circumire, circumagere, hæc *בְּקָרָה* à *בָּקָר* bove, ob lorum bovinum, quo sæpè fieri solebat cæsis. Rabbini vocant flagellationem *מִלְקָח* à radice *לָקַח* id est, *vapulare, percuti, flagellari*. Buxtorff. in Lexic. Hebr. Rabb. p. m. 777. 83. Talmudici dicunt *נִגְרַר*, quod usurpatur apud Syros, pro flagellare, & 906. respondet Græco, *παῖδιζεν*. Flagellationem enunciant voce *נִגְרַר*, & flagellatorem *מִנְגְרַרִּי*. Confer Buxtorff. in Lexico Talmud. p. 1293. Quid ac quomodo in idiomate Germanico hæc significant voces, notum est. Nempe *Geißel/Geißeln/Geißlung*. Latinis verò flagelli *Synonymis* haud omninò incommodè accensimus *lorum, corrigiam, scuticam, die Peitsche; virgam* item ac *ferulam, die Rute*. Quamquam enim, si accuratè velimus loqui, non omnia hæc nomina tam *adaquatè* cum *flagello* convenire fateamur, ut cum eadem *reapse* penitus sint: nihilominus talia ad flagrum proximè referri debent, tanquam *agnata* instrumenta, quibus itidem *plagæ* similes corpori infliguntur.

IV. Verbera certè *diversa* esse quilibet animadvertit ac videt, ne dicam, sentit. Etenim quod differentiam attinet inter *caisionem* eam, quæ *flagris*, & quæ *virgis* perficitur, differunt non tantùm, ceu constat, ratione *medii & modi*, sed & *gradibus*. quandoquidem posterior pro *mitiori*, pro *graviori* pœnâ prior habetur. Te- Cicero Orat. stis hujus rei non aspernandus *Consul Romanus*, qui: *Porcia Lex*, in- pro Rabir. quit, *virgas ab omnium civium corpore amovit; hic* (Labienuus Tribunus edit. Gottho- plebis) *misericos* (per Antiphrasin) *flagella retulit*. Romanâ por- fred. Tom. ro consuetudine & *virgis & flagellis* cæsi sunt homines: sed apud II. p. 435. *Judaos* tantùm mos obtinuisse videtur flagellandi *flagris*. De fu- Job. Leusdè stuario quoque, seu ut *Laurent. Valla El. l. i. c. 6.* interpretatur, *fustiga-* in Philolog. tione hoc monendum, quòd, si determinatè sumuntur ritus fla- Hebr. mixt. gellationis & *fustigationis*, variis à se invicem distinguantur mo- Dissert. 49. dis: 1. respectu *organi*: altera namq; *flagellis, fustibus* altera seu ba- p. 333. culis peragi fuit solita. 2. *objecto*. Non enim omnes *fustibus* dedola-

Vid. de hac different. Dan. Clafen Exercit. sacr. ad pas- sionem Do- min. l. 2. c. 19. p. 236. in gloss. ff. de Pœn. Leusd. l. c. bantur, sed ii duntaxat, qui *liberi* erant, quippe ob ultionem cri- minis, habentis infamiam, fustigati: *Servi* verò mala patrantes flagris castigabantur. Unde *Macer. L. in servorum ff. de Pœn.* ex- stimavit, ex quibus causis liber homo fustibus ceditur, ex iisdem ser- vum flagellus cadendum. 3. differunt ratione adjunctorum, dum do- lorem acerbiorum affert flagellatio, fustigatio leviorum: cum & fla- grorum etiam erione sanguis insimul ut plurimum effunditur; *græ admoveantur nudorum corporum cuti, cujus incisæ vibices fe- runtur durius, quàm quando vestitis ictus inferuntur fustium.* Fla- grorum etiam erione sanguis insimul ut plurimum effunditur; *arò, nec ita facile, fustium percussione.* Quamobrem ipse *Accur- sius* pœnam flagellorum *majonem* quàm fustium arbitrat. Imò & peculiaris adhuc restat fustigationis ac flagellationis inter *Judeos* distinctio, ratione nimirum *cause efficientis.* Illam namq; à *Rabbi- nis* solis institutam fuisse tradunt: hanc è transverso ipsis ab ipso summo legislatore, DEO, primùm dictatam novimus.

Synagmat. Juris uni- vers. l. 31. c. n. §. II.

V. Veruntamen ut sit cum allatis hisce, tum nominalibus, tum realibus, differentiis; ipsa tamen flagellationis significatio duplex statuitur: altera, quæ fit flagris ac flagellis propriissimè dictis, altera, quæ virgis. *Leusd. l. c. §. I.* Ad eundem modum *Petr. Gregor. Tho- losanus: Flagellorum, scribit, pœna est, cum quis & virgis, & flagris vel mastige, ceditur.* Sed & quæ pœna forensis ab antiquis Romanis fustuario luebatur, hodiernum, apud Germanos præcipuè, in eam pe- nitus transit, quæ exercetur virgis. *Germ. der Staupenschlag/ mit Ruthen aushauen: re* nimirum in diversam mutatâ, manentè solùm fustigationis nomine. Retinent enim *Jcti, Juris Justiniani* sui ter- minis diligentissimè inhærentes, voculam adhuc fustigationis; etsi usum illius pœnæ penè sciverint abrogatum. Adeò verum est id, quod in proverbium ubiq; abiit, *verba valere sicuti nummos.* Nos, qui tot tamq; varias significaciones voculâ flagellandi subinnui in- nuimus, in seqq. etiam interdum, ubi commoda dabitur occasio, annectemus nostro huic ritui ritus hujusmodi cognatos, quales au- diunt castigationes, virgis fustibusve fieri solitæ, idq;ve genusalix.

VI. Ex explicatis his horum terminorum significatis apparet, ipsam (nam tantisper ita cum vulgo loqui liceat) flagellationem, quamvis propriè acceptam, capi tamen in ordine ad inferiora sua si- gnificata non aliter debere, nec posse, quàm analogicè, ita ut pri-
mario

maris ac per prius tribuatur ei poenarum ritui, qui propriissime fla-
gris seu loris; per posterius demum & secundario isti, qui virgis sive
ferulis, adeoq; ex consequenti fustibus quoq; ac baculis, expediri
consvavit. Quæ quidem analogia vocis non parva est causa, cur
unâ accurratâ definitione tota flagellationis essentia nequeat exprimi.
Cui accedit, quod pro varietate variarum circumstantiarum, vel-
uti personarum, modorum, causarum, rerumq; similium, variet simili-
ter mos flagellandi: quem proinde, etsi velimus, haud valemus ada-
quatâ quâdam complecti descriptione. Descriptam itaq; qui desi-
derat flagellationem, is ipse sibi ejus conceptum vel pro suo judicii
acumine licitè efformet, vel, si lubet, ex subsequenti nostro quali-
cunq; discursu colligat, vel saltem à potiori nobiscum ita describat:
FLAGELLATIO est ritus, quo diverse corporis partes flagris aut vir-
 gis caduntur atq; leduntur, à variis populis diversimodè, in poenam po-
 tissimum, introductus ac exercitus, In quâ quidem descriptione qua-
 tuor causarum extant genera; sicuti quivis, si rectè resolverit, facili-
 ea negotio poterit deprehendere.

VII. Nobis ut in præsentî materiâ nec adeò necessarium, nec
 multùm utile videtur, explicitam apponere flagellationis definitio-
 nem: ita nec congruum, apposita explanationem latius proponere;
 præsertim quia nunc non tam in Logicum & strictè dictum Philoso-
 phicum, quàm Philologicum ac Historicum cum primis campum ex-
 currere cupimus. Capimus igitur, dum progredimur, explicandi
 initium ab existentia: quam tamen omnem nemo, nisi contra sen-
 sus ac experientiam sentiens, negabit, imò, quisquis præfractè hanc
 inficiatur, meretur vel eam ob causam hujuscemodi verberibus tam-
 diu excipi, donec dolore evictus ingenuè fateatur, flagellandi, quan-
 dam saltem, existere formam; ad normam videlicet eam, quam
 MENDOZA edocet contra eum, qui prima principia pertinaciter
 negat, observandum, dum: Si quis, ait, hæc negaverit, fuste (vel
 flagello) potius, quàm ratione erit erudiendus.

Diss. me-
 raph. 3. sect.

VIII. Enimverò concessâ, ut est concedenda, aliquâ flagellan-
 di existentia, operæ porro pretium erit, ex autoribus, partim sacris,
 partim profanis, cætera probatis fideq; dignis, ostendere, apud quos
 & quomodo ritus hic extiterit olim, ac adhuc hodie existat. Ubi
 causam flagellationis efficientem, tum moralem, tum physicam, inqui-
 situri,

3. S. 19.

fiti, eam in genere generali *gentium*, sive, si mavis, *hominum* nomine nuncupamus. *Diversi* siquidem *diversæ religionis* populi non modò *morem* hunc *instituerunt*, sed & *institutum imperando* non minùs, quàm *exercendo* probè *observarunt*: ceu ex variis posthac *literarum* monumentis monebimus. Atque ut commodior nostra sit tractatio, dispescemus hæc *hominum* gener. in *tres præcipuas*, *Judeorum*, *Gentilium*, *Christianorum*, sectas.

Deut. XXV.
v. 2. & 3.

IX. Equidem *Judeos*, generatim ita vocatos, speciatim quod spectat, his hæc de re ab altissimo DEO speciale quoddam dabatur mandatum, quod in *Veteris Fæderis* repetitâ lege legitur. Verba *fontis Hebraei* ita sonant: וְהָיָה אִם־בֶּן־הַכּוֹרֵן הַרְשָׁע וְהַפְּלוֹן הַשֹּׁפֵר וְהַכָּהוּן לִפְנֵי כְּרִי רָשָׁעוֹ בְּמִסְפָּר: אַרְבַּעַיִם יִכְּנוּ לֹא יוֹסִיף בְּן־יֹסִיף לְהַכֹּתוֹ עַל־אֱלֹהֵי טַפְּלוֹ: רַבּוֹ וְנִקְלָהוּ אַחִיף לְעֵינַיִךְ: ARIÆ MONTANI versio hæc est: *Et erit, si filius cadi* (id est, si fuerit cædendus) *impius, & prostertere faciet eum iudex, & cadere faciet eum ad facies suas* (coram se), *secundum sufficientiam impietatis ejus, in numero. Quadragesies percutiet eum: non addet; ne fortè addat, cadendo eum super hac, percussione multam, & vilescat frater tuus in oculis tuis.*

X. Ex quâ *positivâ* forensi divini Legislatoris *revelatâ* Lege *originem* ritûs Judaici, quem attendunt in flagellando, quoad *præcipua* capita, ritè colligimus. Nam quis non intelligit, causam ejus *principalissimam* *moralem* fuisse DEum, utpote qui primus *immediatè* pœnam hanc *Hebrais* ac *Judeis* delinquentibus sustinendam imposuit, & ut posthinc promulgaretur ac observaretur, *mediatè* per *Mosen* (en causam *instrumentalem*) seriò præcepit? Unde præcepti hujus *justissimi* *justi custodes* ac pro re natâ *executores* esse debebant *judices*, (causam ecce *principalem* *moralem*) ad quorum & *imperium* & *permissionem* infligebatur impiis percussio talis ab *aliis* illis, qui ad eam peragendam (habetes hîc *physicam* causam) præ reliquis erant destinati.

XI. An verò verberatione hæc in Lege *determinatè* flagellatio fuerit indicata, *per se* quidem ac *seorsim* ex nudis vocibus כּוֹרֵן vel הִכָּהוּ non liquet: quandoquidem radix hæc in Hiphil usitata significat generatim: *percussit, cecidit, verberavit*; sive jam fiat *flagro,*

flagro, sive virgis, seu gladio etiam, aut alio quovis instrumento la-
dente. Nihilominus non solum ex recto verborum contextu,
sed & ipsius textus communi interpretatione, quin eadem apud
Judeos hujus legis observatione, edocemur, eas hic unice intelligen-
das esse plagas, quæ sub flagellationis singulari denominatione
comprehenduntur. Hinc factum, ut subjectum etiam, flagra re-
cipiens, appellaretur *בן־מכות* filius verberum: quippe appella-
tio hæc restringebatur ad illam solummodò personam, quæ publi-
cè flagellis verbera fuerat passa. Vid. venerandum DN. DILHERRUM, *In Atrio*
Præceptorem & Patronum meum singularem. *Ling. Sanct.*

XII. Flagellationem ipsam quod concernit, illam apud Judæos *part. prima.*
pœnae cujusdam civilis, quæquam non capitalis, locum obtinuisse, *p. 179.*
haud est obscurum. Eâ enim castigabantur, qui supplicium ca-
pitale non meruisse videbantur; ut docent *Judeorum Sapientes* ad
hunc ipsum *Deuteronomii* locum. Vide iterum *Excellentiss.*
DN. DILHERRUM. Num autem hæc pœna merè fuerit forensis, an *l. 2. Elect.*
etiam Ecclesiastica, quærenti paucis respondemus, propriè ac pri- *c. 18. p. 268*
mario nonnisi civilem fuisse, ob crimina quippe civilia à civilibus ju-
dicibus inflictam. Interim quodammodò certoq; respectu Ecclesia-
stica quædam pœna itidem talis salutaris potest, quatenus ab Ecclesia-
sticis quibusdam imponebatur, tanquam peculiaris peccatorum
pœnitentia. Conf. *exquisitissimum Philolog.* LEUSDEN. Sed de *libr. c. Dis-*
posteriori hæc nonnihil deinde adducemus. Nunc de priori prius *sert. 49. qu.*
plurima dicenda. *1. p. 334.*

XIII. Divino de flagellatione præcepto Viri *בְּבֵית דִּינֵי* in
domo judicii, hoc est, *judices Judæi*, semper morigeros sese præbe-
bant in tantum; non tamen in totum: nam & addiderunt aliquid legi,
& eidem aliud ademerunt; quemadmodum id mox ostendemus.
Inchoabimus rem ab objecto, sive hominibus, quos, veluti reos; di-
gnos judicabant flagellis. Flagris videlicet adjudicabantur ab iis
sine discrimine sequentes: Nempe qui concubuerit cum sorore;
cum amita; cum matertera; cum uxoris sorore; cum glote; cum
uxore patris; cum menstruatâ; cum viduâ item, si quis sit sacerdos
summus; cum repudiatâ, cuiq; calceus est traditus, si sit gregarius sacer-
dos: cum spurâ & Netbinai (id est; Gibeonitarum) generis, si sit

*Israëlitæ: cum Israëlitide, si sit spurius vel Netbinæus. Pollutus porro, qui sacrum comederit, quiqve in sacrarium immundus sese intulerit: qui obtulerit aut jugulaverit foris: qui fermentum in Paschate comederit, sumserit cibum, opusq; die expiationis fecerit: qui oleum paraverit, confecerit suffimentum, oleoq; se sacro unxerit: qui sacra leviora & decimas secundas ederit extra muros: qui agni paschalis puri os fregerit: qui abstulerit matrem super pullis: qui calvitiam in capite suo fecerit: qui capitis circumtonderit angulos, angulumq; barbæ corruperit: qui se unâ secuerit casurâ ob defunctum: qui scripturam scripserit stigmati: Nasiræus (id est, qui certam Deo abstinentiam vovit) si die toto se ingurgitaverit vino: si polluatur ob funus toto die: & si qui sunt alii; licuti hi & hujus farina plures recensentur rei in *Maccoth*, quæ corporis Talmudici titulum unâ cum *Sanbedrin* vertit Latine, & annotationibus auxit doctissimus *JOH. COCH.* ex cujus etiam Tractatu tradita hæc mutuati sumus, secuti præeuntem *LEUSDENIUM*. Addimus nunc è *FL. JOSEPHI* loco, ubi *Moses* leges divinas repeccens introducit, eum quoque, qui reliquos vindemiarum fructus cum inquilinis aut peregrinis non benignè communicaverat, nec non istum, qui infontem suam desponsatam, tanquam viciatam, falsò detulerat; ambos inquam, hos tum ob avaritiam, tum propter temeritatem ac petulantiam, scuticâ publicâ plagas sustinere debuisse.*

XIV. Sed videtur sanè in aliquos horum transgressorum aliquantò mitius, in alios contra severius, fuisse flagellatio statuta: quanquam, quo jure pœna illa omnibus & singulis sit illata, non oportet arbitremur multis hîc disquirere. Hoc saltem inde facile cognoscitur, Judæos in dictandâ hâc castigatione haudquaquam ex assè *DEI* voluntati satisfacisse, sed interdum pro arbitrio ac lubitu traditiones humanas instituisse, quibus nixi, vindictam de hoc reo leniorem, graviolem, quàm svadet æquitas, de altero sæpius sumebant.

XV. Verùm ipsos intueamur *judices*, qui pro suâ, quâ pollebant, potestate potuerunt flagri pœnam puniendis imponere. Hi tres illi erant, in quâvis civitate, si ad centum modò & viginti habuisset *incollas*, *Consistorium minus* constituentes. *BUXTORFFIO* enim notante, *Synedrium inferius* cognovit ממונורי / *res pecuniarias, lites, & similes causas civiles, quæ mortis non attigerunt pœnam.*

Hinc

e. 3. a. 1. S. w. g. ad 10.

l. c. quest. 5. pag. 337.

Antiquitat. Judaic. l. 4. c. 8. p. m. 69.

In Epist. Dedic. libr. de Abbreviat. Ebr. premissa. in de Abbreviat. p. 17. 18.

Hinc huic etiam flagitia, flagellatione five מלקוח compensanda, subjacuerunt. Is verò, qui ad mandatum iudicii triumviralis coercere debebat reos, fuit unus, מן הכנסת seu minister cætus judicialis dictus: quo nomine nemo hinc indigitatur alius, quàm licitor, vel carnifex, cui competiit iudicium latam hanc sententiam flagellandi actu exequi.

XVII. Flagrum, seu instrumentum, quo flagellabantur fontes, dicebatur רצועה עגולת כפולת / lorum vitulinum duplex, In Maccotb. vel, ut Coccejus vertit, lorum bubulum complicatum. Constitit c. 3. §. 12. p. scilicet olim apud veteres, referente id ex ore Rabbini cujusdam 120. BUXTORFFIO, flagellum quodlibet tribus peculiaribus loris; binis In Synagog. quidem brevioribus, ut attingerent tantum femora, tertio tamen Judaic. c. tam oblongo, ut ventrem flagellantis pertingeret, imò totum homi- XX. edit. nem totumque flagellandi corpus circumiret. Triplex ergò, juxta Bux- prim. p. 365. TORFFII sententiam, lorum fuerit: an verò non quadruplex, du- bitat fermè COCCEJUS ob opinionem R. Solom. Videri de eo In not. ad c. meretur laudatus Autor, aut saltim audienda sunt ejus ipsissima 3. Maccotb. verba, hunc in modum sonantia: Perinde est, sive unum lorum tribus §. 13. p. 125. plicis aut flexuris, sive duo lora singula singulis plicis composita sint, (quemadmodum opinatur R. Sol.) ut quatuor lora efficiantur. Quo a- nimadverso, labat, quod dicitur, singulos ictus triplices fuisse. Nam quadruplices forent. Ita ille. Interim nos singulare hoc dubium hanc vice relinqvimus in medio, contenti sententiâ communiore, sed & fortassis probabiliori, certè ad rationem plagarum dandam ma- gis idoneâ.

XVIII. Ad Rabbinum revertimur à BUXTORFFIO addu- Synagog. Ju- ctum: cui si qua adhibenda fides, credendum est tria illa lora fuisse daic. l. c. vitulina. Malunt tamen omnes ferè reliqui adstruere lorum unicum bubulum; cui & duo addita asinina minora, quæ bifida rursus in Buxtorff. in binas diffindebantur partes, ut quodvis seorsim sursum atque deor- epist. dedi- sum permoveri potuerit: non secus ac cingula & stapedes ab equite cat. citat. contrahi queunt atque laxari. Ad hæc dependebat bubulum lo- Dn. Dillber- rum à ligno quodam, quod vocatur מן / manubrium, idque longi- rus in Elect. tudine gaudebat מן h. e. palmi. Foramen illi erat inditum, unde P. 273.

utrumq; brevius ascendere ac descendere posset: prout nimirum con-
ditio requirebat corporis cadendi.

XIX. Quòd si quis jam quærat, cur lora sint usi bubulo Judæi,
responsum, quod dant, habent in proclivi. Nempe id esse factum
ajunt ob verba statim in lege subsequenti, quibus prohibeatur:
וְלֹא יִשָּׂא אִשּׁוֹן בְּרוּשָׁן / ne os obtures trituranti bovis.

Deut. XXV.
v. 4.
Buxtorff. ep.
dedic.

Sensum igitur hujus præcepti volunt hunc elicere, quòd, qui con-
tra id fecerit, sensurus sit pellem bovis in suâ pelle. Egregia scilicet
ratio, quia Judæo placet. Rationem insuper, cur asinina addant
lora, depromunt ex Esaia c. i. ubi per Prophetam DEUS ita loquitur:
וְיָדַע שׁוֹר קִנְהוֹ וְחִמּוֹר אֲבוֹס בְּעֵלְיוֹ וְיִשְׂרָאֵל לֹא יָדַע
Agnoscit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui; Israël au-
tem haud agnoscit. Hinc hunc eruunt sensum, quasi diceretur: Ve-
niat asinus, qui agnoscit præsepe sui Domini, & vindictam sumat ab
eo, qui non agnoscit. Explicatio certè iterum lepida, ridicula ap-
plicatio.

Esa. I. v. 3.
Leusden. l. i.
qvæst. 2. p.
335.

XX. Sed tempus est, ut ipsum flagellandi actum acutum pro-
ponamus. Ejus antecedentia adhuc hæc fuerunt: Ligabantur à li-
ctore amba hominis flagellandi manus ad columnam, seu lignum infi-
xum terræ, altitudinis sesquicubiti, ut inde reus ei incumberet in-
clinatus. Detrabebantur etiam miserofonti usq; ad pectus vel femo-
ra vestes, imò rumpebantur: Parùm enim intererat, siue dilaceraren-
tur extra futuras, siue per easdem dissuerentur vestimenta. Mini-
ster verò, ad plagas dandas destinatus, stabat à nudi istius tergo
in lapide, triplex illud descriptum antèa lorum manu tenens, &
tangere laborans inter scapulas iectibus jacentem.

Conf. Clase-
nii Exerc.
Sac. c. 19.
S. 4. p. 239.
qui hanc
Ludovici
de Dieu ob-
servationem
ex Rabb. li-
bris petitam
affert.

XXI. Jacet ergò, secundùm mandatum divinum, coram ju-
dicibus prostratus is, qui jamjam est flagellandus. Tùm lorum unâ
cum manubrio manu utraq; attollit licitor, atq; sic incipiendò exe-
cutionem in se suscipit. Unâ tamen tantummodò utitur, quippe
quod est convenientius, ad infligendas plagas. Has infligere affli-
cto studet lentè & sensim cum sensu, adeò ut numerari possint; nec
verò leniter aut leviter, sed pro extremis suis viribus, memor, ut
inquiunt, ejus, quam jubebat DEUS, מַכּוֹת רַבּוֹת plaga vehe-
mentis. Singula verbera trifariam feriunt ferentem. Lorum
longius anteriorem ventrem, umbilicum, & pectus; breviora duo dor-
sum

Leusd. l. c.
qvæst. 3. p.
336.

sum partemque posteriorem percutiunt. Has uno quovis idu tripli-
 catas plagas existimant Judæi in textu legis esse fundatas; quia ter
 dicitur, *הִכֹּהוּ*, cadat ipsum, *וַיִּכְנוּ*, verberet eum, *לְהִכֹּתוֹ* si addide-
 rit verberare eum. Unde unus hujusmodi ictus pro tribus semper
 computatur; neq; licet licet licet licet licet licet licet licet licet licet
 to incutere: quibus illatis sat poenarum pertulit reus, etsi ter trede-
 cim tantum importent *triginta novem*, adeoque unâ paucio-
 rem, quàm ipsa Lex divina ab initio præscripserat, plagam. Verùm
 de diminutione horum verberum paulò post. Nos concomitantia
 & consequentia flagellationis antè considerabimus.

Buxtorff. &
 Dillherr, U.
 cc.

XXII. Dum indictam poenam flagellis luit *בְּמַכּוֹתַי* impius
 iste, tres ordinarii illi adstant *judices*, penes quos stabat facultas
 hominem ad flagra condemnandi. Ubi, postquam flagellari ince-
 pisset, cœpit insimul *הַקּוֹרֵא* i. e. *præco*, seu *judicium prima-*
rius, exclamare verba scripturæ, eaque acclamare *prostrato*,
 partim ut *penitentiam* in animo fontis excitet, partim ut
 ad *consolationem* hauriendam eundem incitet. Recitat au-
 tem aut prælegit *idiomate suo* legis sequentia dicta: Deuter. *Vid. eosdem*
 XXVIII. v. 58. 59. *Sinon observaveris, ut omnia facias verba legis hu-*
jus: segregabit in te Dominus plagas tuas *מַכּוֹתַי* & *in semen tuum* *Maccoth ex*
מַכּוֹתַי & *מַכּוֹתַי*, plagas magnas & infallibiles. Item Deut. XXIX, 9: *edit. Coccej.*
Custodietis itaq; verba &c. Tandem dictorum finem facturus ad- *c. 3. §. 12 13.*
 dit dictum ex Psalm. 78. v. 38. *Ipsè misericors & propitijs peccatis &c.* *14. pag. 120.*
Judex deinde secundus singula observat numeratq; separatim verbe-
ra. Tertius denuò *ministerium* adhortatur ad *cadendum* voce *הִכֹּהוּ*
cade eum. Cæterùm si multi adhuc supererant ictus, *judicium pri-*
mus sermonem pronuncians *producere* conabatur: si pauci, *depro-*
peravit loquendo; ut utrobiq; ita cum *sine* plagarum suam pari-
 ter finiret orationem.

XXIII. Finitis tot plagis, quot meritis esse videbatur reus, recu-
 perabat is statim ab *exterminio* libertatem, nec planè interficiebatur;
 imò pro *ignominioso* homine non habebatur, sed ex mandato DEI
 potius in *fraternitatem* à Judæis recipiebatur. Testor *Maccoth*, ubi
 sic in versione legimus: *Omnes rei כְּרִיתוֹתָא exterminii seu excisionis*
ex hac vitâ; postquam vapularunt, ab exterminio liberi sunt, quia dicitur:
 Et (quæ vox hic ob contextum exponenda est per, ne) *evilescat*

Coccej. c. 3. §.
 15. p. 1. 21.
 Deut. 25. v. 3

frater tuus coram oculis tuis. Postquam vapulavit, **הוא כאחיו**,
ille quasi (vel: sicut) frater tuus est.

XXIV. Hi sunt *precipui* mores, quos observasse leguntur Judæi
ante, in, & post flagellationem. Nitebantur autem in irrogandâ
hâc pœnâ inprimis *lege* antè allegatâ *divinâ*, secundum quam
haudquaquam licitum erat ad summum ultra *quadragenta* dare ver-
bera. Unde nomen flagellationi indiderunt, ut interdum eam di-
cerent **מלקור ארבעים** *supplicium quadragenta plagarum*. Mi-
rum verò, quòd ipsi illi, qui æqvissimi aliàs datorum mandatorum
observatores, acerrimiqve violatorum *vindices* videri, minimùm si-
bi, volebant, nequaquam tamen *ex asse* satisfecerint eidem DEI
præcepto, quòd *certas*, quadragenta nimirum, infligendas in-
culcaverat plagas. Nam, ut ex præcedentibus notum est, ritum in
flagellandi supplicio instituerunt ita, ut non prorsus numerum di-
ctum voluerint verberando expleri, sed, uno demto, verbera tan-
tùm *novem trigintâ* irrogari. Scilicet sapientissima Divina *sapientia*
suis ab insipidis *filiis* injustè sic justificatur, imò *corrigitur*. Sed ita
sæpe soliti sunt Judæi vel aliquid adjicere legi, vel ei aliquid detra-
here.

XXV. Verùm mittamus quærere, quo *jure* quâve *injuriâ* sibi hâc
in parte legem DEI sumserint *mutandam*; quandoquidem id ad
propositum nostrum parùm quadrat. Potiùs peculiare *traditio-*
nis hujus Judaicæ *rationes* à *Rabbinis*, eorumqve *discipulis*, excogita-
tas percipiamus. Aperuit *principem* illarum pridem Vir in literaturâ
Rabbinicâ omnium princeps, JOH. BUXTORFFIUS, qui ex ver-
sione libr. *Maccoth*, in *Mischna* & *Gemara* sequentem depromit, quòd
nempe Judæorum doctores in eâ versati fuerint sententiâ, scriptu-
ram nec *plures* nec *pauciores* commendâsse ac demandâsse
plagas, quàm *infra* quadragenta *unam*: frustra aliud as-
serente unico R. JEHUDA, qui communem *suorum* deserens opi-
nionem, *litera* scripturarum inharendum, & *quadragenta* plagas
plenè infligendas esse docuerat. Ejus namq; traditio **אין הלכות**,
usu ac consuetudine *nec recepta* fuit *nec approbata*.

XXVI. De cætero vulgarem suam persuasionem inde Rabbinii
probant, quòd scribatur in Lege: **במספר ארבעים**, cum nu-
mero

in epist. de-
dic. Abbre-
viat pref.

Maccoth
Coccej. c. 3.
§. 10.
Buxtorff. l. 6.

*mero quadraginta, non: אַרְבַּעִים בְּמִסְפָּר, quadraginta in numero. Posteriores enim phrasin inquirunt innuere quadraginta numero pleno; priorem loquendi modum significare numerum, qui in causâ est, ut post eum statim numerentur quadraginta, seu, ut ex versione Cocceji in *Maccoth* extat, qui proximus quadragenario. §. 10 l. c.*
 Et hic non est alius, quam tricesimus nonus. Rem hanc involutam maximè evolvunt verba *R. Majemonis*, quæ, in Latinum sermonem translata, non pudet ex *Buxtorffio* prælaudato & *DN. Dilligero* huc adscribere: *Si (Rabbi ait) dixisset: אַרְבַּעִים בְּמִסְפָּר, quadraginta numero, æquum esset ut intelligerentur quadraginta plenè: quia verò præmittit בְּמִסְפָּר, vult dicere, ne verberetur plagis infinitis, sed numero certo & definito, prout possit ferre, sicut dicitur: juxta improbitatem suam numero certo: & quando postea statim subjicitur: quadraginta cædet eum; sensus est: usque ad quadraginta. Exclusive intellige.*

XXVII. Prægnans profectò & firma ratio, ob quam quadraginta in novem & triginta verbera sunt vertenda. Credat autem eam *Judaus* Apella; nos *Christiani* ei non credemus. Et quæ possumus, vel debeamus? Si quidem *Talmudici* isti confundunt distinguenda, quando distinctionem duorum versuum, per paulam *Sophiasuck* notatam, proflus non annotant, sed duo illa crassiora puncta, inter voces אַרְבַּעִים & בְּמִסְפָּר posita, de industriâ negligunt, legentes conjunctim אַרְבַּעִים בְּמִסְפָּר tanquam essent in statu regiminis, aut per juncturam substantivorum conjuncta nomina. Id quod esse falsissimum cuilibet, vel leviter inspicienti Hebraicum textum, ad oculum patet. Referrî enim solet & debet vox אַרְבַּעִים velut ultima hujus versiculi, ad vers. 2. אַרְבַּעִים contrâ, ut pote prima sequentis, 3. versûs principium constituit. Committunt ergò *Judæi* hi fallaces fallaciam compositionis, composito accipientes sensu vocabula, quæ diviso erant intelligenda.

XXVIII. Hinc nos eò magis eos admiramur interpretes, qui passim sibi sunt à circumcisis istis hinc imponi, ut toti fuerint persuasi, persuasuri idem aliis, legem in *Deuteronomio* haud aliter esse explicandam, quam de trigésimo nono, non quadragésimo, plagatum numero. *Vir sanè meritisimus b. m.* cujus tamen nomini parco, ne insultare

In Comm. sup. ep. Paul. 2. Cor. c. 11. p. 726. sultare videar, scribere non veretur, juxta legem id esse factum, quod Judæi triginta novem verbera reis dederint: nisi dixerimus fortè, mentem Ejus cum nostrâ eandem fuisse, etsi verba paulò fuerint *alia*. Aliud aliàs docent expressa mandati verba, quæ quadragesimi, non noni & tricesimi, verberis meminere-
runt. Unde quicquid sit cum subtilitatibus quibusdam quorundam *Rabbinorum*, veluti *R. Bechai*, *R. Abraham*, & aliorum, quorum meminit *Buxtorffius*; quicquid etiam habeat *Fl. Josephus*, cujus locum antea citavimus, ubi Moesen loquentem re-

In ep. dedic.

l. 4. antiquitat. Judaic. c. 8. p. m. 69.

præsentans, bis mentionem facit *quadragesima* plagarum minus unâ: quicquid, inquam, illi loquantur, certum tamen est, hanc imminutionem non ab ipsâ lege descriptam, sed per traditiones Patrum Judaicorum fuisse circumscriptam. Indeque nihilominus omnes & singuli, quotquot contrarium statuunt, *Judæi fallunt* atque *falluntur* ipsi; statuente sic *Cl. Hilperio* in peculiari de *Flagellatione Judæorum* Disputatione: quam quamquam maximopere nunc exoptaverim perlustrare, tamen ne videre quidem hætenus mihi contigit. Hausi interim hoc ex discursu perquam Reverendi *Dn. Luc. Fr. Reinharti*, Præceptoris & Patroni mei summopere observandi, cui magnam studiorum meorum partem post Deum acceptam refero, in *Excerpt. MS. super Epist. 2. Cor. XI, 24.*

XXIX. Hic verò ipse *Apostoli* locus meretur huc præ cæteris afferri, utpote ex quo mos flagellandi Judaicus multum illucescit: nam *v. 24.* *Divus Paulus* liberè fatetur de seipso, se à *Judæis* *quingies quadragenas* & *ἑξήμιαν*, ut exponitur communiter, unâ minus plagas accepisse. Acceperit itaque *Apostolus* pius *quinq;* diversis vicibus *flagellationis*, quamvis haud meritam, pœnam, sed ne semel quidem ultra ictus *novem & triginta*, ut ita, si in universum singula, quæ *Paulus* ferre cogebatur, conferamus verbera, summa fuerit 195. plagarum. Quo ipso pariter dispalescit, tum temporis etiam plagis non pluribus, quam *triginta novem*, à *Judæis* exceptos esse, quos flagellis dignos judicârunt, homines: Nisi forsan velimus transire in sententiam singularem celeberrimi *B. Erasmi Schmidii*, sentientis, neutiquam eò respexisse *Paulum*. Paulò igitur aliter reddidit & *ἑξήμιαν*, ut non subintelligeret *πληγῶν*, sed potius *ἡμέρας*, hoc nimirum sensu: *alternis diebus*. Germ. über den andern Tag/ ita

In not. N. T. ad b. l. p. 1137 1138.

ut

ut *Judæi* Apostolum, nullâ planè remissâ plagâ, ex affectu crudelissimo, plagis *quadragesima* quinquies altero quolibet die ceciderint, addituri plura verbera, nisi lege fuissent prohibiti. Ita explicat laudatissimus *Auctor* hunc locum, & sine aliâ additâ ratione eos, qui desiderant auctoritatem significationis talis *שְׁלֹשָׁה עָשָׂר*, remittit ad ipsa *Lexica*. Ceterùm *Ejusdem* sententiam, quod sciam, hætenus admodùm pauci sunt secuti. Sectantur potius plurimi priorem, quam & nos hoc in negotio subsequimur, melius esse rati, verisimiliorem verborum adstruere sensum, quàm minus probabilem, imò valde adhuc dubium assumere.

XXX. Dubitamus verò amplius nulli, quin *Judæi* triginta modò novem inflixerint ictus, seducti præcipuè traditionum *humanarum* assumento, certè vitioso *Scriptura* intellectu abducti: ceu ex genuinâ nostrâ superiùs allatâ loci *Mosaici* elucet *interpretatione*, cum *Talmudicâ* *Rabbinorum* corruptione accuratiùs collatâ. Hæc enim *primaria* est ratio, cur unam quandam imminutionem in flagellando servaverint *Judæi*. *Secundarias* remissionis hujus causas tum *Judæi*, tum *Christiani*, proferunt alias. Movit aliquando, ut ipse recenset, *Buxtorffius* hanc *Rabbino* alicui quæstionem, quamobrem sui triginta tantùm & novem infligerent plagas, cum tamen expressè in lege decretæ essent *quadragesima*. Sed responsi loco id retulit, *veteres* olim uti consuevisse *flagello*, quod *tribus* constiterit *loris*: Hòc triplici ter & *decies* lortem fuisse percussum. Si igitur vel *semel* ulterius cædere perrexissent, *duos* supra *quadragesima* reo intulissent ictus: quod quidem facere à *Mose* in *Lege* fuerat *vetitum*. Ratio non rejicienda, si modò fucus non subsit orationi; quippe quo sæpius adversus *Christianos* utuntur *Judæi*.

XXXI. *S. Chrysostomus* subtractam esse unam plagam *priscâ* lege arbitratus est ideò, ne, si reus plus, quàm *quadragesima*, accepisset, *infamis* redderetur. At taxat tamen rationem hanc *Buxtorffius*, hunc in modum: *Vox*, inquit, *Hebræa*, *שְׁלֹשָׁה עָשָׂר* (id est, *vilescit*), in *textu legis* id, ut mihi quidem videtur, non significat. Alii pleriq; iiq; *nostrates* etiam, existimant, in significationem *miseriçordiæ*, *clementiæ* item aut *majoris humanitatis* exhibendæ causâ, unam plagarum à *Judæis* *detractam* fuisse atq; *amotam*. Vid. *meritiss. Theolog. B. D. Michaeli. Wal.*

Ther. & Dn. Dilherrum. Confer Buxtorff. l. c.

C

Synagog. Judaic. c. 20. edit. prim. p. 365.

hom. 25. in cap. 11. ep. 2. ad Corinth. edit. Commel. p. 917. in Epist. Dedic. Abbr. Harmon. S. Scriptur. edit. 3. p. 205.

Sed in Atrio L. S. p. 186.

XXXII. Sed videtur LEUSDENIO sententia hæc de misericordiâ non habere speciem veritatis, quoniam Judæi crudelissimè sese gesserint erga fontes. Hinc addit, propter eorundem crudelitatem cordisq; duritiam, DEUM in T.V. permisisse libellum repudii atq; divortium. Veruntamen, pace Leusdenii, dicimus minimè sequi: Si Judæi in hæc vel illâ re v.g. erga uxores, sese non mansuetos ac humanos exhibuerunt. E. in nullâ aliâ. Consequentia, inquam, non confestim valet ab universali ad particulare. Poterat namq; alia adfuisse ratio, cur ibi severiorem, clementiorem hinc suum ostenderint animum, iudices præsertim, qui in publico hoc judicandi officio id propter erant constituti, ut justitiam administrarent & æquitatem. Unde non est præsumendum, omnem eos humanitatem erga reos exuisse, nec pro ratione delictorum delinquentibus aliquam saltem gratiam facere voluisse: ut ut interim in privatâ domo res cum licitis uxorum divortii fuerit comparata.

Comment.
in ep. 2. ad
Cor. c. 11. p.
515.

XXXIII. De cætero rationes imminutionis hujus potissimas eleganter complectitur Guilielmus ESTIUS, quando ita scribit: Legimus Deut. 25. v. 3. præceptum fuisse Israëlitis, ut in flagellando fratre, id est, Hebræo, quem dignum plagis comperissent, quadragenarium numerum plagarum non excederent. Judæi vero, sive caventes, ne fortè in ipso verberandi impetu præfinitum translirent numerum, sive clementiæ & humanitatis causâ, memorato numero statuerunt unam plagam demendam esse: etiam si quis integrum numerum plagarum commoverisset. Quod quidem arbitror referendum ad Judaicas traditiones in DEI legem injuriosas: neq; enim illis licebat numerum legis, in quo etiam mysterium continebatur, unitate demptâ mutare: siquidem quadragesimus numerus afflictioni & pœnitentiæ consecratus est. Hæc Estius. Confer. Excell. Dn. REINHARTUM, qui itidem in summam brevissimis causas collegit præcipuas, ob quas Judæi numerum plagarum imminuisse videntur.

In Eröffne-
tem Son-
tag. Epistel.
Schrein p.
85.
B. Walthe-
rus l. c.

XXXIV. His probè observatis, pronum est nunc exponere, quid sibi propriè voluerit DEI præceptum de plagis quadraginta infligendis. Nempe non æqualis ibi præfigitur modus, quo omnes rei pariter verberati debeant: sed interdicitur tantùm, ne ad summum pro delicto ultra plagas quadraginta iudices infligi jubeant. Prohibitum enim erat, ne superadderentur plagæ, ex quibus reus nimium vulneraretur, & frater fieret deformis, vel inde planè moreretur. Unde simpliciter nequaquam opus fuit, semper Divinam legem tam observare strictè, ut Judæi nequiverint

quiverint penitus ullas auferre vel detrabere plagas. Minuere ac remittere licebat, non augere, verbera: modò *superstitiosa* illa *unius* iſtius aberat, de quâ paulò antè egimus, remissio. Siquidem hanc à *Lege* non inclusam, exclusam potius fuisse, arbitramur.

XXXV. Absq; vano hoc respectu non est de nihilo, quod LYRA notavit. *Sapientes*, inqviens, *Judeorum ad prætendendum pietatem ordinaverunt*, quòd de illo numero aliquid dimitteretur plus vel minus, prout rationabiliter videretur ratione delicti, vel conditionis verberandi. Nam, Buxtorffio ex *Bartenora* l.c. monente, quicumq; cædi debebant in domo iudicii, eos æstimabant priùs iudices juxta facinus, & ad certum plagarum numerum condemnabant, ne morerentur propter eas, sicuti scriptum est: *אין יו נל / non superaddet iſtis*: quò doceri dicebant, si necesse sit plagas minuere, *minui* utiqve posse interdum, *nunquam* tamen augeri.

Buxtorff. in
Epist. Dedic.
& Dn. Dill-
herr. in E-
lect. p. 269.

XXXVI. Prudenter certè hoc ab ipsis esse factum, quis neget? præfertim cum nec omnes ad plagas hæc duras equaliter ferendas, ex æquo fuerint dispositi. Imprudentiores tamen ac ineptiores fuisse videntur in eo, quòd specialiores quosdam posuerint casus, ob quos putabant æquitate quodammodò postulare, ut plagas pauciores, quàm triginta novem consuetas, inferrent. Equidem primus benè adhuc habebat sese, erratq; talis: *Si quis ad quadraginta ferendas idoneus sit æstimatus, & nonnihil casus videatur ceteras sustinere non posse, dimittitur*. Sed secundus paulò est absurdior: *Si quis addictus iſtibus octodecim, hos in se & animo & corpore patienti receperit, atq; tùm apparuerit, plures potuisse eum recipere, liber à suscipiendis reliquis relinquitur*. Tertio, quisquis commiserit crimen, in quo duplex interdictum violatum est, si unâ æstimatione damnatus sit ad plagas, ab it, acceptu iis, liber: si diversâ verò condemnatione, vapulat, sumq; fuerit sanatus, irrogantur ei iſtus ceteri. Quartus, qui omnium maximè est ridiculus, ita describitur: *Si fons inter flagellandum conspurcaverit sese, & mas quidem (juxta R. Jehudam) fimo, fœmina obsceno quodam liquore, veluti lotio; liber uterq; à reliquis pronuntiatur plagis*. Vid. *Maccoth* ex edit. Coccej. Add. *Leusd.*

XXXVII. Flagellandi igitur hunc hætenus recensitum ritum Judæi procul dubio servârunt, quamdiu, ubi, & quando potestatem habebant iudicandi. Ex *historiis* sanè contrarium nequit monstrari. Colligi inde potius potest, sub sapientissimo adhuc Regum, *Salomone*, flagellis

c. 3. §. 11. &
14. p. 119. 120.
l.c. p. 337.

castigatos fuisse homines. Rex enim *Rehabeam* post obitum sui parentis populo, iugum *levius* postulanti, respondit: *Pater meus cecidit vos flagellis* כִּי־יָשַׁבְתִּי / ego autem vos כִּי־יָקַרְתִּיכֶם / *scorpionibus*, id est. pun-

1. Reg. XII. v.
14.

tionibus *spinarum*, sive, ut *VATABLUS* vertit, *flagris aculeatis*, eadem. Quæ quidem verba etsi ab interpretibus communiter instar proverbii tropicè pro afflictionibus gravibus, gravioribusque oneribus, capiuntur: nihil tamen obitare cernimus, quò minùs in propria quoque significatione ea possint capi; præsertim cum præeat nobis *LEUSDEN*. Durius enim utique fuit supplicium *scorpionibus*, paulò mitius *flagellis* verberari. Unde & *CORNEL. à LAPIDE* de hoc *Roboami* responso: *Vox*, scribit, *hec dignior est carnifice, quàm Rege.*

l. c. p. 334.
Comment. in
b. l. p. 164.

XXXVIII. Nec verò in civili tantum foro, sed & in Choro Ecclesiastico flagellationem exercuisse Judæos, ex *Novi Fæderis* variis colligitur locis.

Matth. X. v.
17.

Inprimis veritas ipsa, *CHRISTUS*, suis prædixit discipulis futuras hæc plagas: *In Synagogis*, dicens, *μαστιγώσονται* flagellabunt vos. Quin & *Phariseos*, prolemque *Judaicam*, is ita alloquitur: *Ecce mitto ad vos Prophetas & Sapientes & Scribas, & illorum nonnullos flagellabit* (*μαστιγώσονται*) *in conciliabulis vestris*. Triste hoc vaticinium sufficenter postea esse impletum in hinc inde casis Apostolis, ecquis ignorat?

Matth. XXIII
v. 34.

Act. V. v. 40.
v. 32.

Hierosolymis namque omnes hos ac singulos convocatos *Pharisei* in concilio sacerdotum ceciderunt, *δειξάντες*. Ibidem *Paulum* etiam *Judæi* percutiebant, *τόπιόντες*; ceu concluditur ex *Act. XXI*. Imò quid multis?

2. Cor. XI. v.
24.

S. Apostolus sui ipsius fidelissimus est historicus; etsi in *Actis Apostolicis* nihil tale de eo expressè reperiat. Is à *Judæis* *ἑναβον πεντήκοντα* vos *απέχοντο* *ἑξήκοντα* : *Accepi*, ait, *quingvies quadraginta unâ minus*. Verùm de hoc satis antea. Flagellabantur autem *Apostoli*, *Apostolica*que, vel à potiori *Christiane* doctrinæ confessores, in *Synagogis* ut plurimum, ut innumeretur, eos, quos pessimi illi subjecerant *flagris*, non ob flagitia quædam civilia, sed propter doctrinam ac confessionem suam plagas ejusmodi pati. Vid. *B. GERHARD*.

Harm. E-
vangel. part.
2. p. 606.

XXXIX. Quemadmodum autem, more modoque iniquissimo, in *Synagogis* *Judaicis* obnoxii *flagris* reddebantur *Christi discipuli*: ita, equissimo contra jure & ex *Zelo* justissimo, ipse *CHRISTUS* ex litirpe *Judaicâ* secundum carnem oriundus, dum in exinanitionis statu inter *Judaos* versabatur, vindictam in templo exercuit; cujus hinc meminisse non est incommodum. Inveniens enim ibi *SERVATOR numularios* sedentes, *istosque*

hosq; , qui boves ac oves unâ cum columbis vendiderant, *ἰσθῆναι* *ἑξ ἑσθῆναι* Job. 2. v. 14. *ἑξ ἑσθῆναι* *ἑξ ἑσθῆναι* flagellum ex funiculis fecit, & eodem omnes ac omnia è 15.

templo ejecit projecitq; . Equidem non exprimit Evangelista, unde funiculos hos, qui proprie è junco nexi dicuntur, Christus tum acceperit: probabile tamen est, flagellum illud ex *abjectis* iis ibidemq; jacentibus, quibus mercatores eò oves bovesq; adduxerant, simpliciter contextum fuisse. Sed *qualecunq;* etiam fuerit hoc flagellum, *ineptissimum* interim est, aptè sic B. CHEMNITIO sentiente, quin & consentiente B. ERASM. SCHMIDIO, exinde fingere, quòd CHRISTUS, instar *monachi Franciscani* vel *Dominicani*, fune duplici præcinctus, tunc *incesserit*. Nuga hæ sunt Pontificiis usitatæ, omni penitus carentes *fundamento*: quas proinde recitasse satis est refutasse. Harm. Evang. part. 1. p. 225. Not. in b. l.

XL. Nos ab *extraordinariâ* Christi ad *ordinariam* Judæorum flagellationem revertimur: quam ipsis fuisse in *judicio*, tum Politico, tum Ecclesiastico, consuetam, huc usq; diximus. Dicimus nunc, eandem durasse pœnâ usq; ad *eam* tempestatem, sub quâ sceptrum à Judâ *prorsus* ablatum, & regimen illius cum urbe *primariâ* *funditus* fuit eversum: Tamdiu enim aliqua adhuc *publicè* puniendi penes Judæos steterat potestas: licet diu antè cogerentur *ἰσθῆναι* seu *incircumcisorum* subesse jugo, nec amplius facultate polleterent illum *reum* afficiendi *morte*, ipsismet vel testibus coram Romano Præsidi *Pilato* sic confitentibus, *sibi non licere quenquam interficere*. Nihilominus tamen *indulgebantur* ac *permittebantur* us à *Romanis* exercitiis *judiciorum* alia, maximam partem non, *capitalia*, qualibus annumerandum quoq; venit supplicium *flagellationis*, quam, occasione datâ, secundùm suam consuetudine restrictam ac moderatam legem, fontibus suis inferre poterant, plagis videlicet non ultra, sed unde *quadraginta*, illatis. Atq; hanc potentiam competiisse Judæis adhuc *Fl. Josephi* tempore, aliqui ex illo *superius* allato loco conantur eruere, nec *frustra*, nec, ut videtur, *sine ratione*. Job. XVIII. v. 31. l. 4. antiqu. Judaic. c. 8.

XLI. Enimverò postquam *Hierosolyme* à *Tito* non tantùm obsestæ, sed & mox deinceps unâ cum *templo* expugnatæ essent, Judæis *plurimis* oppressis *superstites* in *varias* dispergebantur regiones, in quibus *regimini* aliorum suas debebant cervices subicere. *Subjecti* ita in *hodiernum* usq; manserunt *diem*. Unde nequaquam licitum est iis *judicia publica*, multò minùs *judiciales pœnas*, adeoq; nec *flagellationem*, amplius instituc-

instituire, aut instituta *tuto* exequi: sed ad *ROMANUM* præcipuè olim,
hodiè ad *Christianum* vel *Turcicum*, Magistratum *causas*, nî crimen ma-
gnum incurrere velint, coguntur deferre.

XLII. Ne tamen nihil de suis retinerent ritibus, placuit pertinaci-
bus istis *pœnam* flagellandi in *Ecclesiasticam* quendam transmutare *pœ-
nitentiam*, quam *Buxtorffius* sequentibus ferè enarrat verbis:
Synag. Ju- daic. c. 20. pr. edit. p. 364.
Unico ante festum expiationis die, (qui est nonus anni novissimè inchoati)
& quidem sub vesperam, alter alteri sua solet confiteri peccata. Confessio
autem in hunc peragitur modum: Eunt semper bini in peculiarem quen-
dam scholæ seu synagoge locum. Tum alter se prosternit humi, obverso ad
septentrionem vultu, ad meridiem tergo. Alter itaq; lero scorteo vel cingu-
lo triginta novem ictus illius infligit dorso. Is, qui flagellatur, confitetur
interim, sibiq; ipsi ad singula verba pectus anxium plangendo tangit. Flagel-
lator ex *Psal. LXXVIII.* orat: יהוה רחום וכפר עון ולא ישיחור ורחבה להשיב אפו ולא יעיר כרחה
i.e. Ipse misericors condonavit iniquitatem, neq; disperdidit: & mul-
tiplicavit, ut averteret iram suam, neque excitavit omnem iram suam.
v. 38.
Constat hic versiculus in linguâ *Hebraicâ* tredecim tantum vocibus, terq;
repetitur à flagellante, qui ad voces quaslibet infert ictum: id quod novem
& triginta conficitur plagis. Hic, qui flagellavit, postea à humi itidem procum-
bit, & eodem modo excipitur à socio, quo ille hunc excepit. Atq; sic ambo
graves peccatorum suorum dant pœnas. Verùm in hac flagellatione a sinè
mutuum fricant, lacertisq; suis parcunt. Ipsam flagellationem מלקות
Malkus appellant ex *Deuteronomio* &c. Et post paulò pergit: Penam qua-
draginta plagarum minus unâ se quinquies à *Judeis* esse perpeffum, inquit
Apostolus Paulus: sed acerbius paulò, omni procul dubio, quàm ipsi hodiè se
se invicem in *Synagogâ* flagellant. Hæc hæctenus ille. Nempe pœnâ hæc
Ecclesiasticâ homines isti *impii* expiare petunt peccata, putant expiari.
Verùm en ludicram contritionem. Certè, nisi respuerint melius, ad
Calendas demum *Græcas* vera sequetur remissio.

XLVII. Sed nondum sufficit. Pœnas enim *speciales* quasdam *pœ-
nitentia* vice, *Synagoga* *Judaica* imponit etiam iis, qui inter *Judæos* gra-
viter deliquerunt. Scilicet tam *audax* est hoc genus hominum, ut, cum
sentiât, se omni regimine *pridem* destitutum; cum sciat, nullam sibi
amplius in ullius vitam ac corpus competere potestatem; nihilo tamen
minus,

minus, neglecto Politico Magistratu non vereatur fontibus suis, sub Ecclesiastica poenitentia pretextu, poenas injungere subeundas. Ut potest si quis cum muliere menstruata rem habuerit, praeter jejunium quadraginta dierum, diebus quoque; singulis bis aut ter flagellationem cogitur experiri. Toties enim, juxta Judaica statuta, nudo is quotidie plectitur tergo, & ad triginta usque novae plagas loro scorteo vel cingulo excipitur. Homicidam praeterea quamvis Judaei, per tres integros annos in exilium pulsam, ubi locorum, ubi ipsi habitant, pacto eodem, die quolibet, flagellis mactant: qui hisce subiectus altissima subinde debet exclamare voce: *אני הרוצח*, Homicida sum ego. Vid. BUXTORFF.

Synagog. Judaic. c. 34. p. 425. 426.

XLIV. Enimvero sat aliquando dictum de flagellandi moribus, quibus gens recutitorum in civili aequè ac Ecclesiastico statu fuit olim, & est nunc, addita. Ex abundanti tantum addimus, Rabbinos in hodiernam usque diem discipulos suos non virgis vel ferulis, ut apud nos Christianos fieri solet, sed flagellis castigare. Reliqui huc pertinentes ritus, si qui à nobis sunt omisi, aliorum magis curiosae operae suoto relicti nobis, hos investigantibus, plures hac vice perinvestigare non licuit.

Leusden. l. c. p. 336.

XLV. Libet tandem, tanquam corollarii loco, aliquid de Judaica fustigatione adjicere, quam inter Judaeos, extra tamen terminos terrae Canaan, usuvenisse annotat COCCIJUS. Conf. LEUSDEN. Plagae haec infligebantur baculo: nec verberum certus fuisse videtur numerus, sed gravitati culpa attemperabatur poena. Tota nimirum res ex judicium pependit arbitrio: unde ad necem usque reis id supplicium irrogari poterat, si modo Magistrus sive Rabbini ita placuisset; quippe quorum sola autoritate fustigatio fuerat introducta. In hanc poenam inciderunt contumaces, qui convicti non volebant fateri; praceptorum item affirmatorum transgressores; ii porro, qui aspernabantur admonitionem testium; quiq; interdicta, quae proponebantur à Scribis, violabant. Idem COCCIJUS Excerpt. Gemar. Sanhedrin ex Aruch post alia addit haec: Eodem (fustigationis) supplicio afficitur qui statutis Rabbinarum inobediens fuerit. Poena hac ob rebellionem illam מַכּוֹת מַרְדּוּת / percussio contumaciae, dicitur.

in notis ad Maccorb. c. 3. p. 123. Dissert. 49. l. c. §. 2. p. 334.

n. 9. not. 3. p. 145. in Lexic.

XLVI. Dignus est, qui hic adhuc audiatur, BUXTORFFIUS, in voce מַרְדּוּת ex Baal Aruch adducens sequentia: Malkuth, b. e. rapulatio

Talmud. Rabb. p. 1252

vapulatio, in lege præcepta, infligitur propter transgressionem præceptorum negativorum, cum certâ mensurâ & præmonitione, & prætereâ requirit numerum tripertitum, sicut dicitur: *Quadragesima plagis percutiet. Sed qui transgreditur præceptum affirmativum, ut cum alicui dicitur: fac tabernaculum, fac ramum palmæ; & is non obtemperat, percutiunt eum, donec animam exhalet, sine estimatione. Quare autem vocant banc pœnam מַרְוֵה מַכָּה? Eò, quod ejus reus מַרְוֵה i.e. rebellavit, contra verba legis, & contra verba sapientum. Ecce sapientiam Rabbīnorum multò sapientiore[m] sapientiâ DEI. Scilicet. Sed tantum de Judaicâ fustigatione.*

XLVII. Jam ad ultimum annecteremus pœnam, quæ fieri consuevit virgis, dummodò hunc ritum apud Judæos usitatum fuisse invenissemus. CAJETANUS sanè, teste comment. in b. loc. ESTIO, ex II. Cor. XI, 25. apparenter colligit, *Judæos non virgis, sed instrumento alio flagellare solitos.* Hinc nos, qui de hoc apud illos ritu solidi nihil, nec certi quicquam, affirmare ac afferre possumus, silentio hîc litan-tes, nostrum de JUDAICO FLAGELLANDI RITU discursum terminamus.

כָּרַךְ הַמָּקוֹם

Benedictus sit DEUS!

